

sis, quàm ex causa mutui, ibi n. 4 et n. 1 ibidem.—Et an in mutuo liceat stipulare, et deducere justum interesse, quando quis mutuare non tenetur, n. 2 l. 31 t. 11 part. 3.—Et quid si dationi pecuniæ, vel alterius rei in qua mutuum consistit, adjiciatur pœna, an illa apposta videatur loco usurarum; et quid si pœna adjiciatur dationi certæ speciei, vel facto, an idem dicendum sit, n. 2 l. 40 tit. 11 part. 3.—Mutuum si recipiatur per filiumfamilias pro dote mulieris, an tunc juvetur Macedoniano, n. 3 l. 3 tit. 12 part. 5.

Mutus benè succedit in feudis pecuniariis, si ad aliud servitium personale non tenetur, n. 19 in fin. l. 2 t. 13 part. 2.—et furiosus æquiparatur isti pupillis, et eis est dandus curator, et de quibus istud intelligatur, n. 10 l. 60 tit. 18 part. 3.—tantum, an possit matrimonium contrahere, et quid si sit simul mutus, cœcus, et surdus, n. 3 l. 3 tit. 2 part. 4.—vel aliter imperfectus, an et quando in feudis succedere possit, num. 8 cum sequentib. per text. ibi, l. 6 tit. 26 part. 4.—Et quid si iste habeat fratrem habilem, et quid si velit deservire per substitutum, ibidem.—Et quid si ex toto non sit mutus, vel impossibilitatus, ibidem.—Mutus, an et quando possit se per stipulationem obligare, n. 3 l. 2 t. 11 part. 3.—qui caret intellectu æquiparatur furioso, et infanti, dict. n. 3.—Et quid si aliqualem intellectum habeat, an æquiparetur pupillo, ibid. in n. 6.—Mutus si habet perfectum intellectum, æquiparatur majori, d. num. 6 dict. l. 2.—Et qualiter probetur aliquem esse mutum, vel surdum, dict. n. 6.—Mutus an possit facere testamentum, et constituere procuratorem, et an possit adire hereditatem, et matrimonium contrahere, et an possit testificari, vel torqueri, ibid. in dict. n. 7.—an possit damnari ex confessione sua, et quando, et qualiter sic, dict. n. 7 dict. l. 2 tit. 11 part. 3.—Et qualiter tabellio debeat facere instrumentum de contractu muti, vel surdi, dict. n. 7 in fin.—Mutus, an et quando possit facere testamentum, et qualiter illud facere possit, et quid in milite muto, n. 7 et 12 l. 13 t. 1 part. 6.—Et secundum naturam, qui mutus est, debet necessariò esse surdus, n. 13 dict. l. 13.—Et an cum muto, et surdo à navitate Princeps dispensare possit ut possit testare, et quando, dict. n. 13.—Et an contra mutum, et surdum à navitate possit fundari processus, ibid.—Et an muto possit exemplariter substitui per ejus parentes, n. 3 cum aliis ibi, l. 11 per text. ibi, tit. 3 p. 6.—Mutus an possit esse tutor, et quando, n. 1 cum aliis ibi, l. 4 per illum text. tit. 16 part. 6.

N

NABUCHODONOSOR, an ceperit regnum à Deo, gloss. mag. l. 2. tit. 25 part. 2.

NASUM amputare non licet iudicibus pro nullo delicto, n. 2 l. 6 per text. ibi, tit. 31 part. 7.

NATURA quid sit, et de ejus diffinitione, n. 1 l. 67 t. 4 part. 1, et n. 1 l. 2 tit. 27 part. 2, et n. 1 l. 1 tit. 24 part. 4.—Natura naturata, et natura naturante, quæ sit, n. 1 l. 1 tit. 24 part. 4.—Naturæ intentum semper est, conservare et generare subjectum, licet aliquando cor-

rumpat propter inquietudinem, seu motum, dict. n. 2 l. 1 tit. 24 part. 4.—Natura salvat in specie, quæ non potest salvare in individuo, dict. n. 2 dict. l. 1.—facit nos amare propriam patriam, ibi n. 3.—mutui est, ut res reddantur ejusdem bonitatis, et an hoc possit per pactum alterari, n. 4 l. 2 tit. 1 part. 4.—Et in natura pari contraria statui non debent, n. 2 l. 3 tit. 13 part. 6.—Natura omnibus communis est, n. 2 l. 3 tit. 3 part. 7.—per constitutionem mutari non potest, dict. n. 2 dict. l. 3 tit. 3 part. 7.

NATURALIS POSSESSIO, vide in verbo POSSESSIO NATURALIS.

NATURALIS FILIUS, vide in verbo FILIUS NATURALIS.

NATURALIS OBLIGATIO, vide in verbo OBLIGATIO NATURALIS.—an oriatur ex maleficiis, num. 6 in fin. l. 13 tit. 15 part. 2, et n. 4 l. 3 tit. 12 part. 5.—non oritur ex donatione, quam inter se faciunt conjuges, n. 2 l. 4 tit. 11 part. 4.

NATURALIS RATIO æquivaleret legi, et lege deficiente naturalis ratio allegari potest, vide infra in verbo RATIO NATURALIS.

NATURALIS CAUSA prævalet accidentali, n. 14 l. 2 t. 24 part. 4.

NATURALIS ORIGO minui nullo modo potest, sicuti neque jura sanguinis, n. 1 per text. ibi, l. 3 tit. 24 p. 4.—ex quibus causis tolli possit, ita ut talis originarius civis jura civitatis amittat, ibid. in n. 2, vide in verbo ORIGO.

NATURALIS REGNI, si mutet suum domicilium ad aliud regnum, an amittat privilegia naturalitatis, vel non, et in quo sic, dict. n. 2 l. 3 tit. 24 part. 4.—Et an beneficia, seu alia commoda regni sui deserti ipse habere possit, vel sibi prosint, ibi usque ad fin.—Et an idem sit si in eodem regno mutet domicilium de uno loco ad alium, ibidem.—Naturalis regni vel loci naturalitatem patriæ suæ et domini amittit, si proditionem faciat, et an ex minori delicto perdat quis locum originis, ut ad honores non admittatur, n. 3 ibidem.—si sit vassallus alterius Regis, an possit contra regem naturalem suum pugnare, et quando sic, n. 2 l. 11 tit. 23 part. 4.

NATURALIA CONTRACTUS possunt ex causa alterari, n. 4 l. 2 tit. 1 part. 3.

NATURALIZATI in aliquo regno, an pro veris civibus habeantur, quod ex privilegio benè fieri potest, n. 14 l. 2 tit. 24 part. 4.—Et an iste si simpliciter fuerit naturalizatus, possit in regno illo beneficium habere, si hoc sibi expressè non fuerit concessum, ibidem.

NATURALITAS, et in statutis de naturalitate loquentibus, de qua debeant intelligi, n. 2 l. 1 tit. 20 part. 2.—facit ut possit quis coram iudice suæ naturalitatis conveniri, licet ibi non moretur, n. 4 l. 31 per text. ibi, t. 2 p. 3.—causatur in aliquo ex eo, quòd aliquis in aliqua patria nutritus fuit, licet ibi non nascatur, n. 4 per text. ibi, l. 2 tit. 24 part. 4.—in quovis homine est decuplex, fitque ex diversis causis, gloss. l. 2 per text. ibi, t. 24 part. 4.—an contrahatur per aliquem in loco aliquo, ex eo solo scilicet, quòd ibidem matrimonium contraxit, n. 6 l. 2 per text. ibi, tit. 24 part. 4, et n. 4 l. 32 tit. 2 part. 3.—an causetur ob redemptionem à morte, vel à

captivitate, ut scilicet redemptus sortiatur forum sui redemptoris, n. 7 et 8 dict. l. 2 tit. 24 part. 4.—an causetur ob conversionem ad fidem catholicam, in loco ubi quis fuit baptizatus, ibid. in n. 12.—Et an propter id, quòd ibidem fuit baptizatus possit coram iudice illius loci conveniri, ibid. et gloss. dict. l. 32 tit. 2 p. 3.—Naturalitas in aliquo regno potest alienigena consequi ex privilegio Regis, et an tales sic naturalizati sint veri cives, n. 14 dict. l. 2.—Et ad isti ad beneficia admittantur, si in concessione naturalitatis nihil dictum fuit, dict. n. 14.—Naturalitas an causetur ex cohabitatione per decennium in aliquo loco, et an ille naturalis, sive oriundus ex illo regno dicatur, ibidem.—dicatur esse in filio in aliquo loco nato, quando parentes ejus ibidem erant per transitum, licet ibidem per decennium commoraverint, si de animo redeundi ad propriam patriam verè vel præsumptivè constiterit, dict. n. 14 dict. l. 2 t. 24 p. 4.—Naturalitas, civilitasque originaria ex pluribus causis amittitur, n. 2 cum sequentib. l. 3 per text. ibi, t. 24 p. 4.—an amittatur per aliquem, si domicilium suum transtulerit in alium regnum, dict. n. 2 usque ad ejus fin. Et quid sit in eodem regno ipse mutet domicilium suum de uno loco ad alium, ibidem.—Naturalitas in quo duret, licet civis unius regni se in alium transfert, dict. n. 2 in fin.—Et an talis originarius possit renuntiare juri et immunitati, quam habet ratione originis, in quantum pro se facit, vel in ejus præjudicium, licet non in præjudicium civitatis originis, dict. n. 2 ad fin. dict. l. 3 tit. 24 part. 4.—Naturalitas patriæ et domini amittitur proditione subditi, et an ex minori delicto perdat quis locum originis, ut ad honores non admittatur, ibi n. 3.—Naturalis amittitur, si dominus mortem vassallo procuraverit, ibid. in n. 5.—Naturalitas an amittatur, si dominus cum uxore, vel concubina vassalli concubuerit, ibid. in n. 6.—si eadem sit, iudicis scilicet et litigatoris, an per hoc iudex suspectus reddatur, ita quòd ab altera parte recusari possit, n. 4 l. 4 tit. 27 part. 4.—Naturalitatem amittit aliquis, eo quòd fit suæ patriæ inimicus, n. 2 l. 7 per text. ibi, t. 27 part. 4.

NATURALE jus dicitur, et est, n. 1 l. 2 tit. 1 part. 4.

NATUS ex nobilissima progenie est maximum Dei donum; vide supra in verbo DONUM MAXIMUM.—ex parentibus fidelibus præsumitur baptizatus, n. 2 l. 9 tit. 4 part. 1, et gloss. penult. l. 1 ibi.—ex parentibus vitiosis, si bonus sit, præfertur aliis, qui nascantur ex parentibus virtuosis, et qua ratione, et quando, n. 3 l. 6 tit. 9 part. 2.—Nati simul eodem fœtu, quis eorum primò natus esse dicatur, n. 2 l. 2 tit. 13 part. 2.—Natus ante Papæ dispensationem, scilicet quia conjuges erant consanguinei, an et quando admittatur ad majoriam, et quid in conceptis tantum, n. 10 dict. l. 2 tit. 13 p. 2.—post tempus venit in quo causa substitutionis non admittatur contra substitutum; quòd ad elegantem quæstionem inducit, n. 6 l. 10 t. 31 part. 3.—ex concubina, etiamsi in domo non fuerit retenta, efficitur legitimus per contractum matrimonii postea subsequutum, n. 8 l. 1 tit. 1 part. 4, et n. 1 et 7 l. 1 t. 13 part. 4.—ex virgine, vel honesta vidua, an per leges Tauri naturalis

T. v.

esse dicatur, n. 1 l. 1 tit. 13 part. 4.—ex personis inter quas prohibetur concubitus, licet non matrimonium, an spurii dicantur esse, n. 6 l. 1 tit. 13 part. 4.—Nati ex quocumque damnato coitu spurii cognominantur, est enim verbum istud verbum generale, dict. n. 6.—Et an isti ita nati, vel qui naturales cognominantur, veniant appellatione filiorum, ibidem.—Nati ex matrimonio clandestino, an legitimentur, si parentes postea in facie ecclesiæ contraxerunt, n. 2 l. 2 tit. 13 part. 4.—ex coitu nefario, et incestuoso, an à patre, vel à matre, vel ab ascendentibus ipsorum ali debeant, gloss. l. 3 t. 19 p. 4.—Natus ex serva, et ex homine libero servus dicitur; quòd aliquibus modis limitatur, n. 1 l. 2 per text. ibi, tit. 21 part. 4.—Natis ex ministris ecclesiarum si ex libera matre nascantur, an servi ecclesiæ dicantur, et patrem sequantur, et an ecclesia istud jus perdere possit ex non usu, n. 3 ibi.—Et quid de natis ex moniali, et monacho, vel ex alio clerico, vel sacerdote, dict. n. 1 et num. 3 l. 3 ibi.—Et an sententia lata contra matrem pro servitute, præjudicet filiis in utero existentibus, ibidem.—Natus ex legitimo matrimonio, an patris, vel matris sui conditionem sequatur, n. 4 l. 2 per text. ibi, tit. 21 part. 4.—Nati ex clericis constitutis, qui scienter cum aliqua matrem contraxerunt, an sint servi ecclesiæ, n. 1 l. 3 ibi, et n. 2 l. 41 tit. 6 part. 1.—Et an in hoc sufficiat quòd clericus de facto scienter matrimonium contraxerit, etiam si non contrahat in facie ecclesiæ, ibidem in n. 2 dict. l. 3.—Nati ex clericis in sacris, vel in minoribus ordinibus constitutis, an matri suæ succedere possint, et consanguineis ex parte matris, n. 5 dict. l. 3 tit. 21 part. 4.—Natus præsumitur filius, qui adhuc in ventre est in sibi commodosis, n. 1 per text. ibi, l. 3 tit. 23 part. 4.—in octavo mense, an legitimus esse dicatur, et an vivere possit, n. 2 l. 4 t. 23 part. 4.—præsumitur filius potius in nono mense, quam septimo, et quare, n. 3 dict. l. 4 per text. ibi.—in undecimo mense, an legitimus esse credatur, ibi n. 4.—licet non sit aliquis in aliqua patria, si ibidem nutritus fuit, dicitur propter hoc naturalis illius loci, n. 4 l. 2 per text. ibi, tit. 24 part. 4.—in aliquo loco, in quo parentes ejus erant per transitum, licet ibidem ipsi commorassent per decennium, si tamen de animo redeundi ad propriam patriam verè, vel præsumptivè constiterit, an talis illius loci naturalis esse dicatur, n. 14 l. 2 t. 24 part. 4.—ex damnato coitu, an à patre, vel ab alio extraneo hæres institui possit, vide num. 11 l. 4 t. 3 p. 6.—Et quid in filio adulterino, et qualiter filio spurio aliquid relinqui possit, ibidem in num. 12, et gloss. l. 11 tit. 13 part. 6.—Natus ex damnato coitu quis dicatur, et quam partem in bonis suæ matris habere possit, et quando, n. 5 l. 11 per text. ibi, tit. 13 part. 6, et n. 1 in fin. l. 12 ibidem.—ex adulterio an matri suæ succedat, n. 5 quæst. 1 et 2 dict. l. 11 tit. 13 part. 6, et n. 12 l. 4 tit. 3 part. 6.—Et quid in filiis ulterioribus ultra primum gradum legitimè natis, dict. n. 5 quæst. 4.—Et an filio nato ex coitu damnato succedant ei fratres uterini, vel filii transversales ex parte matris, n. 1 l. 12 tit. 13 part. 6.—Vide in verbo FILIUS.

NAVIGATIO tempore legum Partitarum non erat ita am-

pla sicuti nunc, quod avus meus gratificat Deo, in n. 3 l. 77 tit. 18 part. 3.

NAVIGANTES an et quando teneantur resarcire damnum datum in navi propter tempestatem, n. 3 per text. ibi, tit. 9 part. 5, et n. 3 et 4 l. 6 ibi. — Et an contributio fieri debeat statim quod fit jactus, vel quando navis ad portum pervenit, dict. n. 3 dict. l. 6. — Navigantes si postea quam res suas ejecerunt propter tempestatem, illas reperiant, an recuperare possint, et qualiter, neque in hoc alius juvabitur privilegio, n. 3 l. 7 per text. ibi, tit. 9 part. 5.

NAUFRAGIUM si acciderit culpa magistri navis, vel alterius, qualiter tunc damnum ex bonis suis resarciri debeat, et qua poena feriatur, n. 1 leg. 40 per text. ibi, tit. 9 part. 5. — Et qua poena puniatur recipiens aliquid ex naufragio, n. 3 et 5 l. 11 per text. ibi, tit. 9 part. 5. — Et in causa naufragii libellus iudici dandus non est, n. 2 l. 14 per text. ibi, tit. 9 part. 5.

NAVICULARII, de hoc vide supra in verbo MAGISTRI NAVIUM.

NAVIS, an potius æquiparetur prædio urbano, quam rustico, n. 2 l. 77 tit. 18 part. 3. — an possit conduci ab ejus magistro, licet dominus non sit, et an imputetur mercatori istud non investiganti, ibid. in n. 4. — sine magistro est in maximo periculo, n. 2 l. 13 per text. ibi, tit. 8 part. 5. — debet esse idonea, n. 2 l. 1 tit. 9 part. 5. — debet secum arma portare, et ad ipsius magistrum hoc pertinet, n. 3 l. 1 tit. 9 part. 5. — si vi tempestatis frangatur, an et quando mercatores ibid. navigantes ad damnum resarciendum teneantur, n. 3 l. 5 per text. ibi, tit. 9 part. 5. — si pereat, omnes res postea in littore repertæ debent dominis suis restitui, neque in hoc aliquid proderit privilegium alicui datum, n. 3 l. 7 ibidem.

NAUTE de hoc v. in verbo HOSPITES.

NECARE videtur aliquem, qui patitur illum in carcere mori, n. 1 l. 6 tit. 7 part. 6, vide in verbo OCCIDERE.

NECESSARIUM omne est valde triste; et de hoc, et de aliis, vide infra in verbo NECESSITAS.

NECESSITAS inducendæ consuetudinis, an vitiet consuetudinem, glos. fin. l. 3 tit. 2 part. 1. — permittit quem baptizare in aqua etiam non benedicta, n. 2 l. 2 tit. 2 part. 1. — facit ut quilibet possit baptizare, gloss. l. 3 tit. 4 part. 1. — facere non potest, quod infidelis sive hæreticus confiteri possit, num. 7 l. 21 tit. 4 part. 1. — est causa, ut quis possit peccata sua cuilibet laico vel mulieri confiteri, non tamen hæretico, ibidem, et n. 1 l. 29 ibidem. — præbet Episcopus causa dispensandi, quod Sacramentum Eucharistiæ de nocte celebretur, quod aliàs non licet, n. 1 l. 48 tit. 4 part. 1. — aliquando facit, ut poena remittatur, n. 8 l. 20 tit. 9 part. 1. — facit probabile esse, quod aliàs ita non est, n. 1 l. 4 tit. 18 part. 3. — Necessarium omne est valde triste, quia fit angustia animi, ibid. — Illud tamen quod necessitate urgente fit, eatenus permittitur, quatenus necessitas perdurat, n. 2 dict. l. 4. — Necessitas facit, ut crimina multorum damnabilia tolerantur, n. 1 l. 50 tit. 18 part. 3. — liberalitates facere non permittit, n. 9 l. 23 tit. 11 part. 4. — Et in necessitatis tempore omnia

sunt communicanda, et pauperes in extrema necessitate constitui possunt per officium iudicis ecclesiastici divites ad sibi subveniendum compellere, n. 1 in proem. tit. 1 part. 5.

NECROMANTIA, et quid sit, et unde dicatur, et an illud quod fit per necromantiam licitum sit vel non, et quando, et qualiter de ea utentes veniant puniendi, glos. l. 2 et 5 per text. ibi, tit. 23 part. 7.

NECROMANTI qui dicantur; et plura de eis vide per gloss. l. 2 et 5 per text. ibi, tit. 23 part. 7.

NEGATIO tabellionis dicentis instrumentum aliquod à se factum non esse, an derogat indistinctè fidei scripturæ, et qualiter possit probari contrarium, et quid si probetur, n. 6 l. 115 tit. 18 part. 3. — Et quid si non neget à se factum, sed dicit se falso instrumentum scripsisse, an ei fides sit adhibenda, ibid. — Vide infra in verbo NEGANS.

NEGARE an videatur ille, qui vibrat caput à dextris, et à sinistris, n. 4 l. 2 tit. 11 part. 5.

NEGANS in iudicio se non habere rem, si mentiatur, qualiter castigetur, si dolosè fecerit, n. 1 l. 3 t. 3 p. 3. — Et an poenitere possit, n. 3 ibidem. — Et quæ sit in hoc practica in petitione possessionis illius rei, cum adversarius fuerit mentitus, ibidem in num. 5. — Quod procedit in quacumque actione reali, sive in petitione hæreditatis, sive in rebus spiritualibus, vel alterius conditionis, num. 6 ibidem. — Negans fuisse citatum si de mendacio convincatur, qua poena puniatur, n. 6 l. 8 tit. 7 part. 5. — Negans depositum in manu sua factum, si postea probetur contrarium, qualiter puniatur, n. 2 et 3 l. 8 tit. 5 part. 3 per text. ibi. — Et an sit infamis deposito probato, dict. n. 5 et 4 ibi. — Negans depositum, juratur contra eum in litem, ibi n. 7 per text. ibi. — Negans se damnum dedisse, si postea convincatur, qualiter puniatur, n. 1, 3 et 4 l. 16 per text. ibi, tit. 13 part. 7. — Et quid si negavit aliquam qualitatem non substantialem, ibidem. — Et an isti negantes aliquam qualitatem gaudeant beneficio statuti disponentis in favorem confessi, ibidem. — Et quando lex imponit poenam ipso jure, non augetur poena contra negantem, dict. n. 1 ad fin. dict. l. 16. — Et quando jura aliquid disponunt contra negantes, habent locum, quando negant per dolum, vel latam culpam, ibidem in fin. — Et quid in minore, vel uxore, ibi n. 3 et 4 per illum text. — Negans fidem Christi ore tantum, cum ad hoc fuerit per vim compulsus, qualiter peccet, et puniatur, n. 1 l. 4 t. 23 part. 7. — in tormentis si in negatione sua perseverat, et ante crimen confessus fuit, qualiter contra eum procedi possit, et an iterum torqueri possit, n. 8 in l. 4 per text. ibi, tit. 30 part. 7. — Et quid si sibi delictum legitimis probationibus probetur, ipse tamen illud negat, quid tunc, ibidem.

NEGLIGENS recuperare possessionem naturalem, an amittat civilem, et qualiter, n. 3 et 4 l. 17 t. 30 p. 3. cum aliis ibi. — omnino in rebus suis, an excusetur si in re sibi commodata eadem negligentiam habeat, n. 6 l. 2 tit. 1 part. 5.

NEGLIGENTIA Episcoporum an præbeat causam, Archiepiscopis intromittendi se in eorum jurisdictione,

n. 6 l. 11 tit. 5 part. 1, et n. 2 leg. 9 tit. 9 part. 1. — Prælati, an sit justa causa deponendi illum, num. fin. l. 40 tit. 5 part. 1. — in Prælato est peccatum mortale, n. 3 l. 50 tit. 5 part. 1. — quid sit, et unde dicatur, n. 1 l. 8 per text. ibi, tit. 16 part. 1. — Prælati in providendis beneficiis est causa, ut superior illud faciat illo negligente, n. 1 l. 9 t. 16 part. 1. — dominorum facit, ut subditi ejus coram Regio iudice possint conqueri, n. 8 l. 2 tit. 1 part. 2. — sociorum in exigendis partibus suis, an illis damnet, si postea tenens partes ipsorum ad paupertatem devenerit, n. 3 l. 13 tit. 10 part. 5. — non ita punitur, sicuti dolus, n. 1 ad fin. l. 22 tit. 14 part. 5.

NEGOTIUM Ecclesia debet Prælati præferre omnibus suis negotiis, n. 1 l. 60 t. 5 part. 1. — Negotia quæ tractanda sint per Episcopum cum consilio Capituli, n. 3, 9 et 10 l. 9 tit. 14 part. 1. — Negotium commune communibus expensis faciendum est, n. 2 l. 15 tit. 32 part. 5. — Quod infertur ad quæstionem, quando una clusa deservit duobus molendinis duorum dominorum, quod dominus inferioris molendini teneatur contribuere in sumptibus factis in mundatione, ibidem.

NEGOTIATORES non debent esse clerici, neque debent mercimoniam exercere, et de poena ipsorum, si moniti non desistant; et quid de rebus sic illicito modo acquisitis, n. 3 l. 46 tit. 6 part. 1. — Vide de hoc in verbo CLERICUS, et in verbo PROCURATOR, seu NEGOTIORUM GESTOR.

NEGOTIORUM GESTOR quando possit novum opus nuntiare, et idem est, quod Hispanè dicitur, *Mayordomo*, vide n. 6 l. 1 tit. 32 part. 3. — Et an iste sine mandato possit istam nuntiationem facere, ibid. in n. 7. — Negotiorum gestor quando aliquid emit, qualiter verba concipere debeat, ut ab eo factum valeat, num. 1 l. 48 t. 5 p. 5. — an recuperet expensas, quas in gerendo negotio fecit, quando dominus erat præsens, num. 1 l. 26 t. 12 part. 5. — Et quando teneatur actione negotiorum gestorum ille, ad quem negotium pertinet, n. 1 l. 27 ibidem. — Negotiorum gestoruales expensas ab eo factas à domino possit recuperare, et quando, gloss. l. 28 et 29 ibi per illum text. — de qua culpa teneatur, et an et quando de levissima teneatur, et an teneatur de casu fortuito, n. 1 l. 50 tit. 12 part. 5. — an recuperet illud, quod pro aliquo solvit illo ignorante, vel invito, num. 3 l. 32 per text. ibi, tit. 12 part. 5. — post domini ratihibitionem potest expensas recuperare, num. 1 dict. l. 32 per text. ibi. — acutè, et diligenter se habere debet in gerendo negotio, n. 1 l. 33 per text. ibi, tit. 12 p. 7. — Et quæ exercere non debeat, et in qua culpa cadat, ibi n. 2. — Et quid si cum unus voluisset gerere negotia alterius, alter tertius in hoc se intromittat, an iste secundus negotiorum gestor teneatur de negligentis, quando alius erat gesturus, licet accedat, ut omnia gesturus, n. 1 l. 54 ibi. — Negotiorum gestor alicujus orphani causa pietatis, an ab eo expensas postea recuperare possit, n. 2 l. 33 ibi.

NEMO potest duobus dominis servire, num. 6 l. 3 per text. ibi, tit. 26 part. 4.

NEPOS an legitimetur per subsequens matrimonium avarum, quando eorum filius, et nepotis pater mortuus

erat, n. 9 l. 1 tit. 15 part. 4. — Nepotes an retineant feudum ex persona avi, etiamsi pater ejus in eo deliquerit, n. 16 l. 22 tit. 13 part. 2. — non veniunt filiorum appellatione independentibus ex gradu, n. 17 in med. l. 2 t. 13 part. 2. — Nepos an admittatur ad majoriam patris in eum facta per avum, si cum avus ab hostibus revertitur, filium mortuum invenit, n. 2 l. 6 tit. 29 part. 2. — Nepotes an includantur sub filiorum nomine, n. 4 l. 68 tit. 18 part. 3. — Nepos adoptatus qualiter avo succedat, et an possit venire contra testamentum patris adoptivi, num. 3 l. 10 tit. 16 part. 4. — qui fuit ab avo suo in filium adoptatus, an succedat avo simul cum filiis suis legitimis, vel non; et quid hodie de jure noviori per leges Tauri, gloss. l. 10 t. 16 p. 4. — Et an cum defertur hæreditas nepoti, an patri ex hæredato ususfructus quæretur, n. 5 l. 5 tit. 17 part. 4. — Nepotes ex filio præmortuo, an in feudis simul cum filiis feudatarii succedant, n. 3 l. 6 tit. 26 part. 4. — Nepos filius filii majoris qui in majoria succedere debet, an agere revocatoria contra fraudem avi sui alienantis bona majoriæ in fraudem sui filii majoris, et patris istius, si ipse jam sit mortuus, et sic fraus non fuerit facta respectu ejus, n. 1 quæst. 20 l. 10 t. 26 p. 4. — Nepotes an comprehendantur in prohibitione facta filiis, ut rem aliquam alienare non possint, et quando, num. 1 l. 43 tit. 5 part. 5. — Nepos an et quando dicatur suus hæres, n. 1 l. 21 per text. ibi, tit. 3 part. 6. — Nepotes de jure antiquo sunt in avi potestate, et avus potest eis pupillariter substituere, et quid hodie, n. 4 l. 5 tit. 5 part. 6 usque ad ejus fin. — Nepos an possit avi testamentum querelare, quando fuit præteritus, vel sine causa ex hæredato, quando in successione primum locum non obtinebat, n. 4 l. 1 tit. 7 part. 6. — an succedat in bonis patris sui, quando ipse pater suum patrem occisit, num. 12 l. 13 tit. 7 part. 6. — an et quando ex sua, vel patris persona possit querelam inofficiosi testamenti intentare, et quando, n. 1 l. 1 tit. 8 part. 6. — an veniat filiorum appellatione, quando tractatur de alterius præjudicio, n. 5 q. 15 l. 52 tit. 9 part. 6, et n. 2 ad fin. leg. 8 tit. 15 p. 6. — an admittatur ad majoriam constitutam per ejus avum, quando præcedente licentia Regis illam in filium suum fecit, post cujus mortem vocavit nepotem, si filius vivo testatore et patre suo decedat, n. 5 quæst. 16 dict. l. 32. — ex filia natus an patruum excludat à successione majoriæ, quando fœminæ ab ea exclusæ fuerunt, n. 2 quæst. 18 l. 3 tit. 13 part. 6. — qualiter succedat avo representando personam sui patris, et pro qua parte, et quando, n. 4, 7 et 9 l. 3 per text. ibi tit. 13 part. 6. — Et an idem sit dicendum in pronepote, vel alio descendente, dict. num. 7 dict. l. 3. — Nepotis appellatione, an veniat patruus, n. 1 l. 6 tit. 13 p. 6. — Nepos excludit patruum, etiamsi sit in pari gradu: et aliqua in hoc vide per n. 3 cum aliis ibi, l. 6 tit. 13 part. 6. — ex filio naturali qualiter succedat avo, et quando; et plura in hoc vide per num. 2 cum aliis ibi, l. 8 tit. 13 part. 6. — spurius, an et quando ab avo aliquid habere possit, n. 5 l. 10 t. 13 part. 6. — Et an nepotibus per avum tutores dari possint, et quando, et qualiter, gloss. l. 3 per text. ibi, tit. 16 part. 6. — Nepos, an et quando avum suum ac-